



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Fideivssor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

raliter peccat, & existens in gratia, referre se actualiter in Deum ex præcepto. Sil. verò in verb. dominica. §. 6. tenet contrarium, & rationabilius, ut supra hic est determinatum, ideò sic tenendum, ut etiam Ca. ibi.

27 SABBATVM non est feriandum, ne videamur iudaizare, nisi propter aliquod festum occurrens, ut patet in ca. peruenit. de cons. d. 3. contra quod quidam diebus nostris, sub fitione reuelationis factæ à beata Maria virginæ, efficere volebant.

FEVDVM.

FEVDVM: quia est materia pertinet potius ad forum seculare, quam ad confessores, prætermitto. Si quis tamen voluerit de hoc informari, vadat ad rubricas de feudis, videat summistas in suis locis. An religiosus succedat in feudum, vide Od. in authen. ingressi. C. de sac. sanct. eccle.

FICTIO.

1 FINGERERE aliquid, id est, ostendere dicto, vel facto, quod non est rei veritate, vel factio, quod non est rei veritate, est speciale peccatum virtuti veritatis oppositum, si ex hac intentione fiat; secundum Thom. 4. sentent. distinct. 4. q. 3. arg. 2. quolib. 2. ad 1. Et potest esse peccatum mortale secundum intentionem fingentis, & nocumentum, sibi, vel proximo illatum, sicut de mendacio dicitur. infra, Simulatio. §. 1.

2 FICTIO in sacramentis peccatum mortale est, quia sacrilegium committitur, cum fiat notabilis iniuria sacramento, ut cum quis fingit confiteri, vel consecrare.

3 FINGERERE ad aliquid significandum maxime vitæ animæ, non est contra veritatem, & consequenter nec peccatum, sicut quando Christus finxit se longius ire, & ut sæpe faciunt prædicatores: infra Simulatio. §. 1. Non est idem fictio iuris, & præsumptio: quia primum cum veritate stare non potest, secundum verò sic. C. de rei. vx. act. l. vnica.

FIDEIVSSOR.

1 FIDEIVSSOR est: qui alienam obligationem in suam fidem reci-

pit principali tamen manente obligatione. Inst. eod. tit. in prin.

2 FIDEM iubere potest quilibet habens suorum bonorum liberam administrationem: unde mulier non potest pro viro fidem iuberè. ff. ad se. consu. velle. libr. 2. in gloss. neq; etiam pro altero. l. quamuis. ff. ad Velle. nisi in sex casibus, qui ibi ponuntur à Tabul. ibi. §. 1.

3 CLERICVS nullo modo secundum veriorum opinionem potest pro laico fidem iuberè. capitul. 1. eod. tit. & 11. q. 1. can. te quidem in tex. & in gloss. nisi in casu necessitatis, in quo obligaretur subuenire indigenti. cap. videntes. 1. 2. q. 1. Pro ecclesia tamen, vel pro alio clerico potest, ut inca. 1. eod. titul. & si fidem iubeat obligatur. ca. peruenit eod. titul. tamen de proprio patrimonio, vel redditibus beneficij, quos fecit suos: non autem in præiudicium ecclesiæ, ut limitat Host.

4 FIDEM iuberè non potest religio sus. inc. pe. eod. titul. etiam si esset Abbas, nisi hoc fiat de licentia abbatis, & assensu maioris partis capituli, ut ibid. Non enim habent aliquid proprium de quo possint disponere.

5 HAERES fideiusoris obligatur, sicut & fideiusor. l. potest accipi. ff. de fideiuss. Et quia successor prælati, non est eius hæres, ideò non tenetur. arg. eorum quæ dicuntur, secundum Hostien. supra, quia non in præiudicium ecclesiæ.

6 SOCRATES promiserat presentare Titium sub pena c. ducentorum: postmodum Titius commisit crimen, pro quo fuit damnatus ad mortem, vel bannitus, & ipse fugit, si Socrates fuit in dolo, vel lata culpa respectu maleficij postea perpetrati, in conscientia tenebitur damno proximi: secus si non fuit in culpa. Talis casus Bononiæ accidit, & ita fuit conclusum, ut not. Tabul. ibi. §. 1. Et est casus in l. sed & si quis rei. ff. si quis cau. in principio.

7 SI reus decapitandus fugiat, qui pro eo fidem iussit, non decapitabitur si non fuit in dolo, sed pecunialiter punietur,

nietur, secundum Cyn. in l. ad com-
mentariensem. C. de custo. reo. si autē
fuit in dolo, punietur pœna arbitraria
glos. in can. cum homo. 23. q. 5. sed si
habuerit ex officio custodiam, eadem
pœna punietur, si est in dolo, vel si ex
eius nimia negligentia fugit, vt in d. l.
commentariensem.

² I N causa criminali, in qua pœna
corporalis venit imponenda, nullus
potest interponere fideiussorem: secun-
dum Pan. in rub. de fideiuss. & sic in-
telligitur cap. si clericos. de senten. ex-
com. lib. 6. secus quando talis pœna
non venit imponenda. Et est bonus tex.
in d. c. cum homo. & in gloss.

³ C V M plures sunt fideiussores in so-
lidum, si sunt omnes præsentes, & sol-
uendo, & postulerit inter eos debitum
diuidi ante litem cōtestatam, possuat
hoc beneficio Adriani posito. C. de cō-
sti. pecul. dtui Adriani. vti, nisi illi re-
nunciauerint, secundū Pan. in ca. per-
uenit. eod. titu. ff. eod. l. si dubitet. §. 1.
Insti. eod. §. si plures.

⁴ P R A E S E N T E debitore principa-
li, & indiscusso, fideiussor non potest
conueniri: secundum Pan. in d. ca. pe-
reunt. nisi debitor notorie sit non sol-
uendo, vel non possit conueniri. auth.
præsente. C. eod. & nisi renuntiauerit
huic beneficio: vt C. de duob. re. sti. au-
then. hoc ita.

⁵ C R E D I T O R tenetur credere fi-
deiussori aēiones suas, quas habet cō-
tra eum, pro quo fidem iussit, aliter po-
test ei denegare solutionem debiti. l.
modestissimus. ff. de solut. & l. fideiuf-
soribus. ff. eod. titu.

⁶ D E B I T O R tenetur fideiussori de
omni damno, quod ei euenit ex sua
culpa propter fideiussionem. de for.
compe. c. si. & c. 2. & 3. eo. tit. quia of-
ficium suum nulli debet esse damno-
sum. ff. de furt. l. si seruus communis.

⁷ S I fideiussor soluat creditori vsu-
ras sine obligatione, & consensu debi-
toris, & coactione, non poterit repete-
re à debitore. Sibi enim imputetur si
fecit, quod non debuit facere: secun-
dum Pan. in d. c. 2. Si autem fideiussor,
vel cū iuramento, vel sine, soluere vsu-

ras, sciente, & consentiente debitore, in
consciētia repetere potest à debitore,
siue soluerit coactē, siue spōtē, nisi sol-
uerint in fraudem, vt scilicet faueret
vsurario, & imputetur ipsi debitori,
qui sic fidē iubere fecit de vsuris, quic-
quid sit in foro ciuili. Debit enim op-
ponere exceptionem, quando cogeba-
tur soluere.

⁸ S I fideiussor vsque ad certum ter-
minum promisit pro debitore, & cre-
ditor prolonget terminum debitori
absque noua promissione fideiussor-
is, transacto illo certo termino, fide-
iussor liberatur: secundum Panomi-
ta. in c. constitutus. eod. Secus si obli-
gatio absoluta: quia tenebitur etiam
prorogato termino debiti. argumen-
in c. cum dilecti. de do. & l. Celsus. ff.
de arbitris.

⁹ L I C I T V M est fideiussori aliquid
moderatum accipere à debitore ultra
sortem, ratione periculi, vel laboris, si-
ne nota vsura: quia hic nō est mutuum
non autem ratione facti, scilicet quia
fidem iubet: quia tunc esset res iniqua
& multo minus licet, si adsit fraus, vt
quando conuenit cum creditore, ne
credat sine fideiussore, vt ex hoc fidem
iubendo lucretur aliquid, quod pro-
culdubio dolum innuit.

¹⁰ F I D E I V S S O R in tribus casibus
potest agere contra debitore, vtiliberet
eum ante solutionem: vt elicit glos. ex
text. d. c. fin. eod. titu. vt si diu in debiti
solutione stetit. Si debitor bona sua
dissipare incipit, si condemnatus super
fideiussione fuit, sique ab initio sic con-
uentum est.

F I D E S.

¹ F I D E S quomodo sit necessaria ad
salutem, & quid explicitē de neces-
sitate sit credendum. supra, Credere. §.
1. & 2.

² N V L L V S potest se excusare si non
credit, quia non habet instructorem,
quia si faceret quod in se est, Deus,
qui non deficit in necessarijs, mitte-
ret instructorem aliquem: sed quia nō
facit quod potest, ideo peccat, & sic, si
non credit, imputetur sibi, quia posuit
obicem peccando, non faciendo quod
facere